



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

43. Tyranni Scin consilia euersa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

viraque tamen fauenti aduersaque fortuna, nunquam non Patribus
inimicissimus.

Vehementer quidem nouos Christianos tempestatis huius atrocitas
terruit, damnisque affecit grauissimis, tum proscriptione diuini cul-
tus, & operum religiosorum, quibus fidei sacræ inualescebat auctori-
tas; tum eliso cur'u conuersio[n]is ethnicorum, sed neque suis in po-
sterum vtilitatibus caruit. Scin nefariis euersus conatibus, planèque
ingloriis sui similes aduertit, in legis diuinæ insectatione, malignè
preium operi respondere. Illi præterea qualicumque nostri exilij Re-
scripto tantum abest vt fides habita sit, vt aule potius, totique popu-
lo, errorem exemerit pertinacissimum de suspectis consiliis quæ spe-
ciofa Christi prædicatione à nobis tegerentur; cum tanta tot locis, &
tribunalibus, tam inuidiosa, & subtili tot examinum cebritate &
diligentia, nihil esset in nobis sinistri iudicij deprehensum; suðque
mago cum pudore denique coactus Scin, quas vomuerat calumnias
reforbere, & ad vnam redigere Christianæ legis accusationem, quòd
esset aiebat illuc noua, & auitis Regni contraria legibus. Nec verò
editis per se ac suos in eandem libris, quicquam illi detraxit existima-
tionis & gloriae. Tam validis illos defensionibus Doctores Paulus &
Leo confutarunt, vt inde reuerentia, & amor in Christi legem, &
Patres cresceret. Nec in villa Prouincia quisquam esset, qui Scini mo-
tus insanis inuectiuis aliquid contra nos moueret; et si erant ex nostris
quatuordecim in quatuor diuisi Prouincias, octo Sacerdotes reliqui
Sinenses Catechistæ. Hoc solùm placuit Rescripti Regij cauendum ho-
norū, & suspensiæ apud illum causæ, vt abstineremus publico, & so-
lennes ad nos auditorum concursus vitaremus, rusticani contenti mu-
stis, in quibus priuatim animorum saluti daremus operam. Nec
decent qui nobis latebras in suis illis suburbanis suo qualicunque
praberent peticulo. Certè Michaël Doct[or], dūm Scin quam maxi-
mè fureret quamplurimos habere potuit collegit, nec verecundia
sumptuum, & periculi quibus illum grauabant passus est ab se disce-
dere. Qua ipse animi celitate velut beneficio communi promeritus est
apud Christianos parentis appellationem, apud Deum verò conuersio-
nem parentis virtusque, multis pridem, & diu lachrimis petitanu[m] quòd
essent idolis tenacissime addicti, præfertim mater, quæ se multorum
pro iis laborum & largitionum frustrandam meritis stolidè dolebat,
dici non potest quantis lætitias, quam dulci copia lachrimarum pro-
secutus fit Michaël tantum Dei donum. Ieiunium dierum quindecim
toti familiae indixit (quæ centum constabat capitibus) ad agendas
Deo beneficij gratias, & exorandam paucorum salutem qui adhuc
supererant ex ea familia ethnici, quam verò fortiter in defensione Pa-
triæ & Christianismi propugnatione partes egerint suas Paulus &
Leo Doctores, illud afferi potest nihil ab iis omissum quod ardor exi-
git absolutissimæ charitatis: Paulus quidem spretis Scin Aſſessoris, &c
E.c.e.

43.
Tyranni
Scin consilia
eversa.

44.
Mendac.
Christian.ar-
dor sanctus..